

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proverbium Male parta male dilabuntur

**Hanke, Gottfried
Wachtel, Justin**

Helmstadi, [1698]

Zitate

urn:nbn:de:bsz:31-102693

Si male dilabi, quæ sunt male parta, videmus;
Consequitur, labi per bene parta bene.
Illud, in aprico Tua dissertatio ponit:
Hoc, modo sit voti summa suprema mei.

Jo. Andr. Schmidt Th. D. PP.
h. t. Pro-Rector.

*Sicut arenoso constructum in colle ruinam
Immanem grave sentit opus: ceu matre scelestâ
Nascitur infelix soboles: Sic in male partas
Divitias primi sceleris contagia serpunt;
Et male quasitis non gaudet tertius haeres.*

Honori
Nobilisf. & Doctisf. Dn. Auctori
& Respondentis
JOHAN Eisenhart D.
Pandect. P.P. Ord.

SCAZON.

MEIERE, blanda cura amorque Musarum,
Qui literatos inter hactenus cives
Explendisti in Juliæ decus nostræ,
Male parta quæ sint, quando non male exponis,
Bene parta quam sit eruditio, quamque
Annos Tuos bene collocaveris, monstras.
Sint illa possessoribus suis damno
Brevique dilabantur, ast Tibi spondet
Doctrina nomen gloriamque mansuram,
Et patriæ devinciet viros summos.
Ego gratulor de dotibus bonæ mentis,
Tuæ precatus præmia ampla virtuti.

Tibi

Tibi fata porro sint serena, sic vinces
De Te bonorum vota spesque conceptas.

*Politissimo Dno. Auctori exiguum hoc animi stu-
diique sui pignus l. m. g. reliquit*

Justus Christoph. Böhmer,
Politie. Prof. Publ. & Ordin.

Durch unzerbrochnen Fleiß kan man dem Welt-Ball dienen /
Und wie ein Cedern-Baum in hohen Glücke grünen:
Es folgt der Jugend nach der grüne Ehren-Preis /
Damit des Himmels Hand Ihr Kind zu tröhnen weiß.
Er ist geneigter Freund die Jugend-Bahn gegangen /
Den rechten Weisen-Stein in Helmstadt zu erlangen /
Er hat im Bücher-Krahm gewachet manche Nacht /
Wie den auch dieses Werck uns allen Kundbahr macht.
Der Himmel führe Jhn hinfort mit Glückes-Winden /
Und laß Jhn Huld und Schuz in Städte und Höfen finden /
Daß Er die Ehren-Burg ohn Schloß und Riegel seh /
Und einst im Vater-Land gleich wie ein Palm-Baum steh.

*Hiermit hat dem Hrn. Auctori als ihren Hochgeschätzten
Tisch-Freunde zu dem glücklich-abgelegten Speci-
mine gratuliren / und alles selbst erwünschende
Wollergehen anwünschen sollen*

Der Frau Docterin Meiers
sämbt. Tisch-Gesellschaft.

Est labor assidue Musarum vertens chartas,
Ac strenue studiis invigilare bonis.
Ast Deus ipse iuvat strenuos, Deus odit inertes,
Nec nisi solerti fata benigna fluunt.
Cum quoque te videam studiorum incedere cursu
Recto, nec Numen deerit usque Tibi.
Maeste tuis igitur MEIERE laboribus! ampla
Nam mercede bonus non caret usque labor,
Sic inclarescet tua laus, tua fama manebit.
Et venient meritis premia multa tuis.

Andr. Frid. Rudolphi
Saxo Gothanus,